



L vedere, che anno fatto me Gioanni Tinti di Bologna ne' ſcorſi giorni queſti miei Amici, e Concittadini ſano, e ſalvo dalla fraudolente, crudele Ferita di Coltello, che per mia diſaventura ricevetti nel Baßo Ventre il dì 8. Settembre 1737., ed avendone inteſe le graviſſime circonſtanze, che per lo ſpazio di Quattro Meſi, e più giornate l' accompagnarono, e l' eſito infauſto, che da Chi particolarmente la vide, ſi credea doveſse avere; hà riſvegliato (direi quaſi in tutti) deſiderio ben grande, o Curioſità di ſaperne da me il minuto, ed eſatto racconto: mà perchè anco ingegnandomi di farlo non hò potuto pienamente (forſe per la mancanza de' Termini, e delle parole addatte di cotal Arte) rendergli inſtrutti, e paghi, hò pregato l' Illuſtriſſimo, ed Eccellentiſſimo Signor Dottore Gaetano Tacconi di queſta Città) come quello, che avendomi curato meglio di chiunque altro n' era informato, a farmene una vera, e ſuccinta Relazione: Eßo ammi favorito, ſcrivendola (come ſuol eſſere coſtume degl' altri Eruditi, e Valoroſi Medici di Coſtì) latinamente. L' hò data a leggere a chi tanto di ſaperne la detta Storia bramava. In molti, a mio giudizio Dotti, ammirazione, in altri, per le grandi, e maraviglioſe coſe lette, direi quaſi ſtordimento d' Animo conoſcendo eccittarſi, mi ſono determinato di darla alle Stampe: L' hò fatto ſenza ſaputa del ſuddetto mio Medico (Uomo come tutti ſanno atto a produrre coſe grandi, e ſtraordinarie nelle Scienze, e nelle belle Arti) perchè ſapendo di quale Umiltà ornato egli ſia, come pure ricordandomi avergli udito dire più volte, e come quì ripete, che ſimili Curazioni da altri Chirurghi qualche volta ſi ſono fatte, eſſo non me l' avrebbe permeſſo. L' hò fatto però ſembrandomi, che le Circoſtanze del mio ſofferto male ſiano ſtate conſiderabili: e non avendo letto nella quì ingionta Relazione la Cura interna, ogn' uno ancora ſappia (come dalle preſcrizioni Mediche fattemi dal ſuddetto ſi può vedere) eſſere ſtata ardua, lunga, particolare, e molto ſtudiata. Finalmente l' hò fatto per eßermi ſembrata coſa veramente rara, e ſingolare almeno per li Giovani ſtudioſi di Chirurgia, acciò ſempre più invaghendoſi di tal' Arte, poſſano renderſi quali ſi deſiderano da chi pur troppo qualche volta abbiſogna del loro ajuto, o ſia mezzo per lo quale s' alleggeriſcono, o ſi ſcampano i mali, o s' agevolano l' operazioni atte a diſtruggergli.



Ir Annorum 59. Temperamenti, uti ajunt, Sanguineo-colerici, habitus Corporis exſucci, Quinto Idus Septembris Anni 1737 Cultro, mucronem valde acutum, Pugionis inſtar habente, vulneratus eſt. Hic regionem Epigaſtricam inter, & Umbilicalem in parte dextra, linea fere paralella Umbilico, ab hoc ipſo quattuor tranſverſos digitos diſſita, Integumenta, Muſculos Peritonæum, & nonnihil Inteſtinum Colon ingreſſus eſt: Viginti ſex dierum tempore nulla hujuſmodi Ulnus Symptomata graviora exceperunt, & ſuſpicio nondum aderat de ullius contenti Viſceris Læſione. At cum externæ læſæ partes nullis cederent remediis, conjecturæ datus eſt locus, Vulneris Sanationi impedimento eſſe, aliquas in Infimo Ventre ſubtus contentas, vulneratasque partes, quatenus curationem ſemper impediunt, & dicente Celſo, deſperationem habent. Cum vero ea Anni tempeſtas eſſet, ut anteactorum temporum ratione Æſtatis videlicet ſummæ calidæ, & Autumni longioribus imbribus redundantis (quibus temporibus monente Ippocrate Febres, & Putredines fiunt) omnia ferme vulnera Gangræna afficerentur, etiam hoc Vulnus primo Eriſipelate cœpit circumſcribi mox in Gangrænam grandem, lateque patentem converti. Hæc aliarum Gangrænarum more ſerpendo inter Abdominis muſculos dextri lateris, nempe tum obliquos deſcendentes, aſcendenteſque, tum tranſverſos, & Pæritonæum, ejus magnitudinis foveam excitavit, ut in ipſam ad os uſque Pubis tota manus facile intrudi poſſet. Febris orta eſt circa vigeſimam ſeptimam diem, & dempta prima, ſecundaque die, qua cum magno horrore, frigoreque incepit, reverſionem, & motum continuarum perjodicarum conſtantem, plurium dierum tempore emulabatur. Duobus, vel tribus a dictæ Gangrenæ diebus, una cum Pure viſæ ſunt Fæces affatim exire per oram, ſive foramen Inteſtini Colon juxta ejus inflexionem ea parte qua abdomen reſpicit. Quod a Cultro valde ſubtili punctum Inteſtinum primo fuit, a Gangræna magis diductum eſt, & tanta erat corrupti Sanguinis, & putrium humorum, & fæcum indoles, quæ ab ipſo effluebat, ut niſi repagula, Petiæ, Faſciæ arte apponerentur excretio per Inteſtina cætera Craſſa, Alvumque nulla fuiſſet. Vulnus igitur dicti Inteſtini Colon factum eſt, ubi nullis filamentis conjungitur Peritonæo, & omnibus adhibitis proviſionibus, medicamentis, cautionibuſque, quæ ne materia corrupta, & Pus intra Abdominis Cavitatem colligeretur impedire ſolent, trigeſima tamen die a Vulnere Colica vehemens, cum Urinæ ſuppreſſione Patientem corripuit, febriſque, quæ eandem cum gravitate Capitis, & Præcordiorum anguſtia comitabatur, ſenſim, ſenſimque deſiit; Urinæ interea viſæ ſunt cum ſedimento primum furfuracæo, mox albido, tandem omnino purulento viginti circiter dierum ſpatio; quo tempore tranſacto in ipſamet Urina ſubſidebat album, leve, æquale ſic ut etiam ſi quæ quaſi nubeculæ inatarint, in imum deferentur, & docente Celſo lib. 2. C. 3. bonum ſignum portenderent. Ut vero Materiæ Purulentæ inter Muſculos Abdominis, & Peritonæum ſe colligenti via ſterneretur, primo Vulnus Lanceola inflictum eſt in latere pariter

dextro

dextroin Regione Lumbari sex circiter digitos transversos a Vulnere. Secundo Acu curva filo idonæo instructa labia adaperti intestini cum Peritonæo, & superinductis partibus consuta fuerunt: At propter membranarum, & Carnium Infirmitatem, propterque Intestini inflationem motumque, filum lineum, & Topica medicamenta dimovebantur, nec satis erant ad impediendum ne foras (& sæpe quidem cum impetu) Stercus emitteretur. Hæc vero medendi Methodus pluries restaurata fuit, & fascia ejus rei causa facta atque apposita est, cui medio quasi loco pila assuta est ex paniculis facta, quæ ipsi Vulneri subjiciebatur, deinde reliqua fasciæ parte arcte Abdomen circumdatum est, ut intus quasi impellerentur Integumenta, Musculi, Peritonæum, & hac ratione Tunicæ Intestini Colon cum ipso glutinarentur; quod feliciter, præsidiis etiam aliis a Medica Arte petitis adhibitisque, successit, itaut die centesima trigesima secunda a principio morbi Corporis partes ex isto morbo gravi, summaque contabescentia evaserint, & integræ valetudini Ægrotans restitutus sit. Placuit nobis ægritudinis, & curationis Historiam scriptis tradere, non solum, ut Viri in quo eadem curatio absoluta est, postulationi morem gereremus, verum etiam quia in earum censu merito reponendam existimamus, quæ raro absque ullo ressiduo vitio perficiuntur, quemadmodum a Doctissimo Cæsare Magato animadversum est Lib. 2. de Vulneribus Abdominis, scribente, *quod si deperdita fuerit Intestini Crassi substantia, raro integra Sanitas sequitur, sed Ulcus remanet per quod Fæces, & excrementa alia assiduo effluunt*. Quod sane vitii genus, ne in nostro Ægrotante superesset non levibus adducti argumentis, quæ ex supradictis elliciuntur, diu dubitavimus. Verum Cutis Abdominis, subjectique Musculi, cum Peritonæo ipsiusque Vulneris in Colo intestino labiis ita inquam coaluerunt, ut de perfecta sanitate, incolumitateque restituta dubitari non possit; Exempla tamen similium, vel ferme similium curationum apud Hippocratem, Galenum, aliosque celleberrimos Viros reperiuntur.

IN BOLOGNA M. DCC. XXXVIII.

Per Clemente Maria Sassi Succeßore del Benacci. Con licenza de' Superiori.

NOTIZIA

DELLA FERITA,

E DELLA CURA CHIRURGICA

SEGUITA

IN GIO. TINTI

DI BOLOGNA.